

*late Dei*, cap. 11. quod tragœdi et scenici cantantes in theatro non erant infames antiquitus apud Græcos vel Romanos, sed erant in magno honore; et tunc ex lege concessum erat, quod impunè, et sine injuria de quolibet loqui possent ad libitum; quæ tamen Augustinus ibi reprobatur per multa capitula, et est delectabilis lectio, prout et refert Albericus, D. eod. in summa, col. 1. hodie autem isti histriones sunt infames, ut hic et in dictis iuribus habetur.

(5) *Publicam-nte*. Leges juris communis dicebant, in scenam prodierit, ut in dict. §. *ait Prætor*, ubi Glossa in verbo *scena*. Si ergo non publicè ludant, sed turpiter, id est, per pecuniam ludant, non sunt infames; quia non tantum delinquant, neque publicæ irrisioni se exponunt, secundum Bald. post Jacob. et Guiliel. in dict. §. *ait Prætor*, et probatur hic.

(6) *Por precio*. Idem habetur in dict. §. *ait Prætor*, ubi textus et Glossa.

(7) *Por fazer solaz*. Nam qui ludunt honesto modo, causa recreationis vel solatii, nihil contra bonos mores faciunt; imò Aristotel. ponit in 4. *Rhetor.* quod ludi et cauti pertinent ad mores: et ideo isti non sunt infames, ut notat Glossa in dict. §. *ait Prætor*, ubi et Bald. et tradit Abb. in cap. *eum decorem, de vita et honest. cleric.* ubi et concludit, quod si his causa quæstus isti histriones vel buffones in publico exercuerint artem illam, sunt infames, vide ibi per eum post Innoc.

(8) *Bestias brauas*. Adde l. 1. §. *et qui operas*, D. *de postul.* cum Gloss. ibi, et adde l. 4. tit. 6. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi, ubi hoc limitatur.

(9) *Por precio*. Approbat opinionem Glossæ in dict. l. 2. §. fin. D. eod. in verbo *descendant*, ibi: *istis similes videntur pugiles.*

(10) *Su fuerça*. Adde l. *Athletas*, in princ. D. eod. et l. 1. C. *de Athletis*, lib. 10.

(11) *Canaria prez*. Nihil ergo virtuosè actum generat infamiam, sed honorem, licet in agendo quis exponat se periculo vitæ, ut hic, et in l. 1. §. *bestias*, D. *de postul.* et adeo isti quæstratores, et hasta ludentes, seu dicit Angelus intrantes carboariam Neapolitanam vel in bellum Perusinum (quod est valdè severum), seu illi qui in urbe Romana in festo carni-pr.vii pugnant cum bestiis dentatis, non sunt infames: et dicit textus in dict. l. *Athletas*, in princ. hoc esse ex generali opinione; ubi Bald. notat, quod communis et generalis opinio facit censeri aliquid esse licitum. Et notat etiam ibi Angelus quod quando generalis opinio est, quod aliquis actus indifferens atriatur virtuti potius quam vitio, ille actus virtuosus appellatur, quoniam deservendum est opinioni vulgi; quod infert ibi Angelus ad quæstionem de captivis modernis relaxatis ad fidem, ut moris est, ut redire teneantur ad mandatum relaxantium, quando sunt capti in guerra licita.

(12) *Por yerro*. Adde l. 2. in princ. et §. 1. D. eod. et ideo dicit *por yerro*, quia multa sunt genera missionum, ut in dict. §. 1.

(13) *La espada*. Ita exponit Franciscus Acursius in dict. l. 2. §. 2. cum textus dicit: *insignia militaria detraherit*, ut refert etiam Bald. ibi in princ. ut puta, decinxit sibi ense, et calcaria removit.

(14) *De fecho de armas*. Adde l. *milites*, et l. fin. C. *de locato*, et l. 2. tit. 8. 5. *Part.* et quæ ibi dixi.

(15) *Usureros*. Adde l. *improbum fœnus*, C. eod. et cap. 2. 3. quæst. 7. §. *porrò*, vers. *aliquando*, et 6. quæst. 1. cap. *infames*, et per Host. in summa, *de usuris*, §. *quot sunt species*, et habes hic approbatam opinionem Glossæ in dict. l. *improbum*, quod usurarius ipso facto absque aliqua sententia fit infamis: et cum ista lex non distinguat, an sint manifesti, vel occulti usurarii, de omnibus videtur intelligenda; licet in casu, quando esset occultus, requireretur sententia declaratoria, et tunc non orietur infamia ex tali declaratione, sed ex crimine præcedenti, ut declarat Paul. de Cast. in dict. l. *improbum*, et hoc videtur tenendum, et non illud quod in hoc dicit Salicetus, quod occultus usurarius non tenetur infamia juris, sed per sententiam, per fundamenta satis fragilia, et non conclusiva; et cum hodie omnes usuræ sunt prohibitæ, tam de jure canonico, quam regni, in omnibus usurariis locum habet ista lex: et idem tenent communiter Doctores in dict. l. *improbum*, etiam loquendo juxta terminum illius legis, cum omne fœnus sit hodie improbum: quod nota, quia Abbas in cap. *inter dilectos, de excess. Prælat.* dubitavit in hoc, et reliquit cogitandum. Sunt ergo in magno periculo usurarii, et maxime manifesti, secundum Baldum ibi, qui etiam post peractam poenitentiam et restitutionem usurarum remanent infames, cum infamia

jam eis sit inflicta, et perpetuò durat, et contra talem usurarium hæredem institutum competit querela fratri instituentis, tanquam turpi persona hærede intituta, l. *fratres*, C. *de inoffic. testam.* Paul. de Cast. et Salic. in dict. l. *fratres*, ubi et Bald. post Jacob. Butri. Sed dolendum est his nostris temporibus, quibus nihil timoris est talis periculi, stantibus tot publicis fœneratoribus habentibus altare paratum, sub nomine cambii et recambii usuras paleantibus, qui neque timent istas pœnas, neque alias per regni statutas, imò timor Dei non est in illis; timenda est ira Dei propter tale publicum peccatum, quod crescit in dies in regnis istis. Et verecundandum est, ista fieri inter Christianos, cum Philosophus sola ratione naturali ductus in l. *Politico*, dicit, quod usuraria acquisitio pecuniarium est maxime præter naturam; et tradit S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. et adde quæ dixi in l. 51. tit. 11. 5. *Partit.*

(16) *Jurado*. Concordat cum l. *si quis major*, C. *de transact.* et vide l. 1. tit. 6. lib. 8. *Ordin. Regal.* et l. 26. tit. 11. 8. *Partit.* et l. 2. suprâ, tit. proximi.

(17) *Contra natura*. Nota bene, quia non reperies ita expressum de jure communi, quod committens peccatum contra naturam sit infamis ipso facto, et vide quæ dixi in l. 16. tit. 1. 6. *Partit.* et adde Jacob. de Bellovisu, et Bart. in authent. *ut non luxurient hom.* etc.

(18) *Sententia*. Sed an erit necessaria sententia declaratoria in istis casibus, in quibus infamia contrahitur ipso facto? Videbatur, quod sic, l. *ejus qui delatorem*, D. *de jure fisc.* contrarium tamen tenet Bald. in l. 1. D. *de infam.* vers. *posset hic dubitari*, dicens, non requiri in hoc aliquod iudicis ministerium, neque processum aliquem; quod multum nota, et limita ut dixi suprâ ead. l. in gloss. in verbo *los usureros*, allegando Paul. de Cast. in l. *improbum fœnus*, C. eod. et nota, quod quando incurritur infamia ipso facto, tunc potuit obijci testi, quod infamis est; et virtute probationis in eadem instantia factæ repellendus est; si tamen venit infamandus per sententiam, oportet, quod primo accusetur, et condemnetur de crimine, et deinde sibi infamia obijciatur, secundum Jacob. Butri. in l. 2. §. *ignominia*, D. eod. et Angel. in l. 2. §. *ait Prætor*, eod. tit. et nota quod lex ista loquitur de infamia civili, nam infamia canonica multi alii notantur, de quibus vide in cap. *consanguineorum*, et cap. *hi qui*, 3. quæst. 4. et cap. *constituimus*, 5. quæst. 5. et cap. *infames*, 6. quæst. 1. imò et ista infamia canonica causatur ex quolibet peccato mortali, et si datur perseverantia, repellit ab accusatione et testimonio de jure canonico; sublato tamen peccato, non remanet effectus illius infamiae canonice, glossa notabilis in cap. *illi qui*, 6. quæst. 1. Abb. in cap. *testimonium, de testib.* Advertit etiam, quod ubicumque non exprimitur, quod ipso jure vel facto quis sit infamis, semper intelligitur, quod sit per sententiam, non ipso jure, Bald. post Petr. in l. 1. in fin. C. *de legib.*

LEY V.—Por quales yerro son los omes enfamados, si sententia fuere dada contra ellos.

Sententia seyendo dada contra otro por alguno de los Judgadores ordinarios (1), condenandolo por razon de traycion, o de falsedad (2), o de adulterio, o de algund otro yerro (3) que ouiesse fecho, tal sententia como esta enfama al condenado. Esso mesmo seria (4), si alguno que fuesse acusado de furto, o de robo, o de engaño, o de tuerto, que ouiesse fecho a otro, pleyteasse, o cohechasse, dandol algo (5) sin mandado del Judgador (6), por razon que lo non acusassen, o non lleuassen adelante la acusacion que ouiesse fecha del. Ca semeja, que otorga (7) aquello de que lo auian acusado, pues que assi pleytea sobre ella. Otrosi dezimos (8), que aquel, que es condenado que peche algo a su compañero, o al huerfano que ouiesse tenido en guarda (9), o aquel que lo fiziera su personero, o aquel de quien ouiesse recebido alguna cosa en guarda, por razon de engaño (10) que ouiesse fecho, qualquier dellos es enfamado porende; pero si tal sententia fuesse dada por algunos de los Juezes de auenencia (11), es-

tonce non seria enfamado aquel contra quien la diessen: e aun dezimos, que aquel que es fallado faziendo el furto (12), o alguno de los otros yerro que de suso diximos, o que lo otorgue el mismo en juyzio (13), o si por razon de algun yerro (14) que ouiesse fecho, le fuesse dada pena de feridas (15), o otra pena publica (16) es enfamado porende (17).

LEY V.—Irrogatur infamia sententia sequuta de prodicione, falsitate, adulterio, aut alio delicto condemnatis: et de furto, rapina, et injuria; et de dolo, quem intulit, transgens vel paciscens sine iudicis mandato, et efficitur infamis, quia videtur crimen confiteri paciscendo. Item condemnatus ex causa societatis, tutelæ, mandati, vel depositi, ratione doli in aliqua earum commissi; sententia tamen arbitri non infamat. Item qui cum furto repertus sit, aut in aliquo præmissorum delictorum, seu de eis in iudicio confessus, aut ob delictum corporaliter punitus, infamatur. Hoc dicit.

(1) *Judgadores ordinarios*. Sententia ergo à judice incompetenti lata, licet esset Imperator vel Rex, non infamaret, ut hic, et in l. 1. in princ. et ibi notat Bald. et Ang. et Paul. de Cast. D. eod.

(2) *De falsedad*. Damnatus per sententiam ex quocumque crimine publico est infamis, ut hic, et in dict. l. 1. §. *qui iudicio*, non ergo committens crimen publicum, est infamis ipso jure, sed sequuta sententia: dicit tamen Angelus in dict. §. *qui iudicio*, quod etiam non sequuta sententia erit infamis infamia facti; quod nota ad l. 2. suprâ, eod. et vide, quod dixi suprâ l. proximi. in gloss. fin. ad fin. et fortè procedet dictum Angeli, quando ex tali crimine esset infamatus publicè, juxta id, quod habetur in dict. l. 2. et in cap. *fin. de tempor. ordin.* et quæ notat Abb. in cap. *dudum*, et 2. col. 6. et 7. *de elect.* An verò damnatus ex inquisitione sit infamis? Vide per Bart. et Joan. de Imol. in l. *infamem*, D. *de public. judic.* Gloss. et Bart. et Alberic. in l. 3. §. *præterea*, D. *de suspect. tutor.* et per Angelum in dict. §. *qui in iudicio*, et per Angelum Aret. in treta. *maleficior.* in parte *dictum Sempronium in 300. libras.*

(3) *Otro yerro*. Si intelligas de crimine publico, planum est; si de crimine privato, procedet in quatuor casibus, furti scilicet, vi honorum raptorum, injuriarum, et de dolo, dummodo sit condemnatus suo nomine, ut in dict. l. 1. D. eod. et infra ista l.

(4) *Seria*. Et condemnatus ex istis privatis criminibus notatur infamia, et infamabitur ex sententia, licet in veritate delictum non commiserit, Glos. in dict. l. *quando*, et in l. *non poterit*, D. *de furtis*, et in l. fin. D. *de public. judic.* et idem dicit, si damnetur, vel transgat super crimine sepulchri violati, vel expilatæ hæreditatis, vel actione in factum, ex eo quod missa est in possessionem per calumniam nomine ventris, l. 2. D. *de sepulchr. violat.* l. *notatur*, D. *de infam.* et l. *si te expilasse*, C. eod. et adde l. *in actionibus*, D. eod.

(5) *Dandol algo*. Adde l. *furti*, §. *pactus*, D. eod. quia præsumitur, quod id facit ex conscientia delicti.

(6) *Sin mandado del Judgador*. Concordat cum l. *furti*, §. 3. vers. *qui jussu*, D. eod. præsumitur enim honestum, quod iudicis auctoritate fit, ut ibi notat Baldus. Limitat tamen hoc Albericus post Jacob. de Rave. et Rain. in dict. §. *qui jussu*, et intelligit, quando esset dubius eventus sententiæ, seu maleficium erat dubium; unde propter jussum iudicis non videtur confiteri, sed potius iudicis jussui obedire: secus, si erat jam convictus de crimine, quia tunc videtur potius in fraudem fuisse factum jussum, ut evitetur infamia. Limitat etiam, et intelligit Paul. de Cast. ibi, quando ipse contradixit in dando pecuniam, quia tunc non videtur sponte dedisse. Si verò non contradixit, non videtur prodesse jussus iudicis, quasi videatur spontè potius, quam coactè dedisse argumento l. *ait Prætor*, §. 2. vers. *permittitur*, D. *de minor.* quæ limitatio mihi non est sine scrupulo, cum neque lex ista, neque dictus versus *qui jussu*, exigant talem coactionem, et solum ponderant jussum iudicis, ut ex hoc, quod fit, reputetur honestum; et interveniente iudicis auctoritate potius videatur dedisse causa redimendæ vexationis, quam metu criminis, ita quod talis auctoritas seu jussus non in fraudem procuretur, argumento l. *et qui data opera*, D. *ex quibus caus. major.*

(7) *Otorga*. Concordat cum l. *quoniam*, D. eod. Et quid si dedit causa redimendæ vexationis, vide Gloss. in l. *Athletas*, §. *fin.* D. eod.

(8) *Dezimos*. Concordat cum l. 1. §. *qui pro socio*, et l. *furti*, §. *mandati*, D. eod.

(9) *En guarda*. Quid si per commodatum? Albericus post Guiliel. in dict. §. *mandati*, concludit, quod condemnatus actione commodati non efficiatur infamis, eo quod non sit major, neque tanta ratio in commodato, quæ in deposito, quia cum depono penes te, merè sequor fidem tuam, l. 1. in princ. D. *depositi*, et si non restituis, fides ad perfidiam deducitur, l. penult. C. *depositi*: in commodato non sic, quia non commodo propter fidem obligandam principaliter, sed ut tibi serviam, seu tui gratia, quia indiges re commodata; unde magis est ingratitude ex tui parte, quam perfidia; vide ibi latius per Albericum et Angelum, qui idem tenent.

(10) *Engaño*. Approbat opinionem Gloss. in dict. l. 1. et in dict. l. *furti*, §. *mandati*, quæ idem dicebat per textum in §. fin. dict. l. *furti*, et fuit opinio Azon. C. eod. in summa, col. antepenult.

(11) *De auenencia*. Concordat cum l. *quid ergo*, §. *ex compromisso*, D. eod. et procedit, etiamsi actum sit in compromisso, quod sententia arbitri vel arbitratoris mandetur executioni si sententia arbitri infamet, secundum Albericum post Guid. de Suza ibi. Procedit etiam, et si compromissum est sine pœna, et emologatum taciturnitate decem dierum, secundum eundem Albericum post Marin. Silla. Sed an hodie stante dispositione li. regui, quod sententia arbitri vel arbitratoris mandetur executioni, si sententia arbitri infamabit? Bart. voluit quod sic, in dict. §. *ex compromisso*, quem simpliciter refert, et sequitur Paulus de Cast. ibi. Contrarium tamen non facies mentionem de Bartolo tenet Abb. in cap. *irrefragabili*, §. 1. col. 2. vers. *quid si statuto, de offic. Ordin.* movetur per textum in dict. §. *ex compromisso*, cum dicit, quod non per omnia dicitur arbitri sententia est; et licet ex forma statuti habeat executionem, non tamen ex hoc facit illud esse sententiam, non enim dicit sibi jurisdictionem, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse; cap. 2. *de translat. Prælat.* l. *neque natales*, C. *de probat.* sed dictum arbitri potest habere executionem absque eo, quod sit vera sententia, vel absque eo, quod habeat jurisdictionem, veluti per expressam vel tacitam approbationem partium; ergo statutum dando executionem arbitrio, non per hoc dat jurisdictionem arbitrio, vel facit dictum arbitri meram sententiam. Item quia tale statutum debet restringi, quantum potest, et satis est, quod aliquod operetur, in executione videlicet, non in aliis effectibus: et satis mihi placet dictum Abbatis.

(12) *Faziendo el furto*. Habes hic deprehensum in crimine, ex quo condemnatus esset, infamia notari, contra quod videtur, quod notat Glossa, et Bald. in l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, D. *de ritu nuptiar.* et dixi suprâ eod. in l. 3. in gloss. 1. quod hoc sit speciale in deprehensione in adulterio, et non procedet in deprehensione in aliis criminibus etiam publicis. Præterea cum ista lex exigat sententiam, ut quæ damnatus de furto vel aliis criminibus hic expressis, infametur, non videtur, quod sit de ejus mente, quod sola deprehensio sufficiat, sed quod debeat intelligi, quando ultra deprehensionem ictus fustium vel alia pœna publica fuit punitus, licet sententia non detur: sic enim intelligitur per Doctores de jure communi loquentes circa intellectum l. *istum fustium*, D. eod. et ponit Azon. C. eod. in summa, hæc verba: Ex genere autem pœnæ, id est, propter impositionem pœnæ, et causam præcedentem dico irrogari infamiam, si tale delictum commiserit quis, quo damnatus vel confessus in iudicio, vel pactus pecunia, infamis fieret; nam ibidem, etsi non damnetur, vel pecunia paciscatur, vel confiteatur, si extra ordinem, eo tanquam fure ad præfectum ducto, quia deprehensus dicebatur in furto vel simili delicto pœna imponatur, fiet infamis, D. eod. l. *ictus*; hæc sunt verba Azon. Glossa 1. in dict. l. *ictus*, dicit, pone casum in fure ducto ad Prætozem, qui fuit jussus verberari absque causæ cognitione, et sine sententiæ diffinitivæ prolatione, quia deprehensus erat in facinore ab Officialibus, etc. Et tenet Angelus et ibi notat ex glossa, quod deprehensus in furto potest fustigari sine prolatione sententiæ; et subdit, et ideo videtis hodie servari, quod inventi ad furandum uvas per Officialia locorum, absque interlocutoria vel diffinitiva ducantur cum visis ad collum per civitatem. Hoc idem videtur de mente Innoc. in cap. *super his, de pœnis*, cum dicit, nam etsi non damnetur, vel confiteatur in iudicio, vel paciscatur, si tamen captus est in facinore ab officio super tali crimine, quod infamat per sententiam vel confessionem, puta furtum, et sequatur ictus fustium, fit infamis, D. *de his qui notant infam.* l. *ictus*, vel dic, quod cum commo- rium habeat vim sententiæ, ut in l. *emptorem*, D. *de action. empt.*

et tradit Speculat. tit. *de notor. crimine*: item et vim confessionis, quia notoriè delinquere plus est, quam confiteri reatum, ut tradit Bald. in l. *executores*, col. pen. C. *de execut. rei jud.* et quando crimen est notorium, proceditur ad executionem pœnæ, prætermisso omni ordine iudiciario, prout voluit Gloss. in dict. l. *ictus fustium*, ubi Angelus dicit, quòd ideo mos inolevit hodie, quòd rectores immediatè absque aliquo processu faciunt decapitari, et suspendi, et membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quibus secundum eum ita pœnas imponi subito expedit reipublicæ, l. *Provinciarum*, C. *de feriis*; nil mirum ergo, si ex tali deprehensione, ex qua crimen reddatur notorium, ista lex velit deprehensum infamari, etsi de facto non sit punitus ictu fustium, vel alia pœna: et secundum istum intellectum non indiget aliqua suppletionem, imò est lex singularis in hac declaratione. Et ad id, quòd dixi de l. *palam*, §. *quæ in adulterio*, potest dici, vel quòd opinio Glossæ et Baldi ibi posita, reprobetur per istam legem, vel quòd illud procedat, quando deprehensio non fuit talis, quæ redderet factum notorium: nam si talis esset in quocumque crimine famoso, procederet dispositio dicti §. *quæ in adulterio*. Cogita tu tamen, cum habueris mox otium.

(13) *Enjujzio*. Approbat opinionem Azon. C. eodem in summa, col. pen. et Glossæ l. in dict. l. *ictus fustium*. Habes ergo, quòd confessus in iudicio crimen, ex quo damnatus efficeretur infamis, incurrit infamiam; quòd et voluit Glosa in cap. *at si Clerici*. in princ. *de iudic.* Bartolus tamen in l. *infamem*, D. *de public. iudic.* et in dict. l. *ictus fustium*, quem sequitur ibi Angel. et Paul. de Cast. et Abb. in cap. *at si Clerici*, in princ. col. 11. *de iudic.* aliter dicit; imò quòd regulariter confessus in iudicio, non efficitur infamis ante sententiam, quia edictum Prætoris requirere videtur sententiam, dict. l. 1. D. eod. sed in causa criminali confessus non habetur pro condemnato, l. *si confessus*, D. *de custod. reor.* in causa verò civili confessus habetur pro condemnato, l. 1. D. *de confes.* et C. eod. l. 1. et isto casu dicit, posse salvari opinionem Glossæ, in dict. l. *ictus*: et cum dicit Bartoli videntur ibi transire Doctores, et transit Abb. in dict. cap. *at si Clerici* in princ. col. 11. *de iudic.* Tene menti istam legem Partitarum, quæ approbat opinionem Azon. et dictæ Glossæ, quam etiam tenet Glossa in l. penult. in gloss. 2. C. *de interdicto matrim.* et in l. *sed et si possessori*, §. *sed cum de hæreditate*, D. *de iurejurand.* et vult Innoc. in cap. *super his, de penis*. Cardinal. in dict. cap. *at si Clerici*, col. penult. vers. 7. *quæro*: est ergo tenendum indistinctè, quòd talis confessio, sive agatur civiliter, sive criminaliter, irroget infamiam; quia si pactus pecunia, ex quo videtur tacitè confiteri, est infamis, ut supra ead. l. et l. *quoniam*, D. eod. à fortiori, qui expressè in iudicio confitetur, quia propter quòd unumquodque tale, et illud magis, authent. *multò magis*, C. *de sacros. eccles.* et intellige de confessione vera, secus esset in ficta, ut tradit Bartolus in dict. l. *ictus*, circa fin. et Abb. in dict. cap. *at si Clerici*, ubi et Decius, col. 13. ubi hoc limitat, et intelligit in confessione ficta ratione contumaciæ, quæ in hoc facto consistit; secus in confessione ficta, quæ insurgit ex facto reprobato, ut notat Baldus per illum textum in l. *si tutor*, C. *de interdicto matrim.* vers. *modo est dubium*.

(14) *Algun yerro*. Intelligit, ex quo, si quis damnatus esset, infamiam incurreret, ut in l. *ictus fustium*, D. eod. et l. *fastibus*, C. eod. de quibus ista sumpta est, secus si ex alia causa fustigaretur, puta, quia ludebat ad azardem, quia ista non est causa famosa, ut dicit Baldus in dict. l. *ictus* circa fin.

(15) *De feridas*. Concordat cum dict. 11. et nota ad id, quòd pœna fustigationis non procedit, nisi in vilibus personis, vide Bald. in authent. *inestas*, in 2. lectur. C. *de incest. nupt.* per textum ibi hoc notantem, et adde l. 2. tit. 19. infra, ead. *Partit.*

(16) *Publica*. Nota ad id, quòd habetur in dict. l. *ictus fustium*, in fin. et limita, et intellige, quando pœna ictus fustium, vel alia corporalis, non est ultra legem imposita, nam si ultra legem imponeretur, secus esset, ut in l. *quid ergo*, §. *pœna gravior*, D. eod. et l. *si Possidonium*, C. eod. et Angelus in dict. §. *pœna gravior*, vers. *quamvis*.

(17) *Porende*. Id est, etiamsi nulla sententia procedat, infamatur ex tali executione pœnæ, mediante causa famosa, et quando potuit procedi executivè; tantum ergo valet executio, quantum sententia, ut etiam habetur in dict. l. *ictus*, ubi Glossa et Paul. Item adverte, quia istud ultimum verbum etiam refertur ad alios duos casus proximos suprâ positos, scilicet ad deprehensum in furto vel aliis criminibus famosiss, et ad confessum in iudicio, ut scilicet sufficiat

sola talis confessio, vel deprehensio; et tene menti, quia non ita apertè decisum erat de iure communi.

LEY VI.—Por que razones pierde ome el enfamamiento.

Nombradía mala, e enfamamiento, son dos palabras, que como quier que semejan vna cosa, ay departamento entre ellas. Ca mala fama gana ome por su merecimiento, por alguna de las razones que de suso diximos: e la nombradía, e el precio de mal, ganau a las vegadas los omes con razon, a las vegadas no seyendo en culpa; e es de tal natura, que despues que las lenguas de los omes han puesto mala nombradía sobre alguno, non la pierde jamas (1), maguer non la mereciesse. Mas el enfamamiento que de suso diximos, quanto perlenece a la pena que deuia auer por el, segund derecho bien se puede toller; e esto seria, quando el Emperador, o el Rey (2) perdonasse a alguno el yerro que ouiesse fecho, de que era enfamado; ca pierde porende la fama mala (3). Otrosi dezimos, que quando sentencia fuesse dada contra alguno, por razon de yerro de que fincasse enfamado, si se alçasse della, e fuesse retrocada, perderia el enfamamiento (4) que ouiesse ganado por la sentencia primera. Mas si se alçasse, e non siguiesse el alçada, o la siguiesse, e fuesse confirmado el juyzio que auian dado contra el, estonce fincaria enfamado porende (5). E avn dezimos, que si el Judgador diesse sentencia contra otro, mandandole dar pena en el cuerpo por algund yerro, que fuesse de tal natura, que las leyes le mandassen pechar auer, que es quitto del enfamamiento (6); porque el Judgador lo agrauio, dandole pena como non deuia. Esso mismo seria, si el Judgador diesse mayor, o menor pena (7) a alguno en el cuerpo, que las leyes mandan, mouiendose a fazerlo por alguna razon derecha (8); assi como se muestra adelante en el título de las Penas, en las leyes (9) que fablan en esta razod.

LEY VI.—Infamia facti non potest aboleri, ex quo semel est inflicta; infamia tamen juris aboletur, si per Principem committenti malefictum indulgetur. Item si condemnatus appellat, et retractatur sententia, tollitur infamia primæ sententiæ; si tamen sententia transit in rem iudicatam, remanet infamatus. Item si severior aut mitior sententia, quam lex mandat, fertur contra criminiosum, est immuuis ab infamia. Hoc dicit.

(1) *Pierde jamas*. Ecce ergo in quantum periculum incurrunt aliquem infamantes indebitè, et adde ad id, quòd hic habetur, §. *hinc colligitur*, sub cap. 7. 2. quæst. 5. et quòd tradit Abb. in cap. *cum te à B.* col. 5. vers. *sed pro clariori expeditione, de re iudic.* et quòd infamiam facti solus Deus potest tollere, notatur in cap. *ex tuarum, de purg. canon.* vide l. 2. D. *de obsequiis*.

(2) *O el Rey*. Adde l. 1. §. *de qua*, D. *de postul.* et l. *si qua mulier*, C. *ad Tertul.* l. *Imperialis*, C. *de nupt.* cap. *cum te à B. de re iudic.* ubi vide per Innoc. et Abb. quid de Papa, et collegio Cardinalium, et quid de Episcopo? Et quid de Regibus non recognoscentibus, vel recognoscentibus superiorem? Vide etiam per Bart. et alios in dict. §. *de qua*, et per Bald. in §. *injuria*, col. 1. *de pace juram. firmand.* et per Speculat. tit. *de sententia*, §. *ut autem*, col. 16.

(3) *Fama mala*. Sed contra de l. fin. C. *de general. abolition.* et l. *generalis*, C. *de sententia pass.* ubi habetur, quòd indulgentia solam duritiam pœnæ remittit, non autem famam, neque bona restituit; et idem habetur in l. 2. tit. 52. ead. *Partit.* unde oportet dicere, quòd licet talis fuit indulgentia, quæ contineat etiam restitutionem, et non tantum simplicem et nudam indulgentiam, nam tunc tantum impor-

taret remissionem simplicis pœnæ; quando verò in indulgentia contineretur restitutio, tunc et infamia remittitur, ut in l. 1. et in l. fin. C. *de sent. pass.* vel si non sit restitutio, oportet, quòd cum indulgentia simplici ponatur etiam restitutio famæ, ut in dictis iuribus habetur, et ibi per Doctores, et Glossam: vel dic, quòd verba hujus legis cum dicit: *le perdonasse el yerro que ouiesse fecho, de que era infamado*, videtur pleniora, quam simplex criminis indulgentia, quia ex quo Rex facit mentionem de infamia, videtur indulgendo illam remittere: et adde ad prædicta, quæ notant Doctores, et signanter Salicetus in dict. l. fin. col. fin. C. *de sentent. pass.* ubi et Albericus dicit, quòd si Princeps dicit *indulgemus* simpliciter, et sine aliquo adjuncto, et tunc solam pœnam remittit, ut in dict. l. *generalis*, et dict. l. fin. C. *de generali abolit.* aut cum adjuncto, et secundum adjunctum debet intelligi.

(4) *El enfamamiento*. Adde l. 1. §. fin. D. *ad Turpil.* quia appellationis remedio extinguitur pronuntiatum, et pendente appellatione non erit infamis, ut in l. *furti*, vers. *sed si furti*, D. eod. et ibi Glossa, et Doctores.

(5) *Fincaria enfamado por ende*. Id est, si non exercuit appellationem retro, infamis est, quia neque appellasse videtur; sed ubi exercet, et succumbit ex secunda, non ex prima sententia, est infamis, ut in l. *furti*, §. 1. D. eod. et l. fin. §. *illud*, C. *de tempor. appel.* ita Azo. C. *ex quibus caus. infam. irrog.* in summa, col. fin.

(6) *Es quitto del enfamamiento*. Concordat cum l. *quid ergo*, §. *pœna gravior*, D. eod. et l. *si Possidonium*, C. eod. et intellige et limita, si infamia incurri debeat per sententiam, secus si infamia ipso jure esset inflicta, l. *palam*, §. fin. D. *de ritu nupt.* quia infamiam jam inflictam non est iudicium commutare, ita Angelus in dict. §. *pœna gravior*. Quid autem si pro pœna pecuniaria iudex deportavit, vel condemnavit in metallum? Bald. in dict. §. *pœna gravior*, dicit, quòd tunc non procedit ista dispositio, quia per tales pœnas perditur status; debet ergo intelligi, quando talis pœna personalis imponitur, per quam status non tollitur vel minuitur, ut est relegatio ad tempus, vel fustigatio, vel mitiatio; et idem tenet ibi Paul. de Castro.

(7) *Mayor, o menor pena*. Concordat cum l. *ad tempus*, D. *de Decurion.* et l. *ordine*, in princ. D. *ad municipal.* et l. *et si severior*, et l. *si Possidonium*, C. *ex quibus caus. infam. irrog.* vide per Gloss. in dict. §. *pœna gravior*.

(8) *Por alguna razon derecha*. Et est advertendum secundum Paul. de Castr. in dict. §. *pœna gravior*, quòd quando causa, ob quam minuit pœnam, minuit etiam delictum, ut quia deliquit sine dolo, tamen cum lata culpa, vel delinquens erat minor, et sic merebatur veniam, vel erat multum senex, et sic non reputabatur tam magnum delictum, et istæ causæ minuentes delictum, minuant etiam pœnam, et ita censetur cum infamia dispensatum, ut hic, et in dict. l. *et si severior*. Sed si causa auget delictum, iuxta ea quæ ponuntur in l. *aut facta*, D. *de penis*, et in l. 8. tit. 51. *Partit.* 7. tunc quia non videtur imponi gravior pœna quam lege cavetur, tunc non censetur cum infamia dispensatum, et non procederet, quòd hic habetur; procedet ergo quando non ex dispositione legis augetur pœna propter causam adhærentem delicto; sed quando propter aliud bonum publicum fuit imposita gravior pœna, ut quia multis grassantibus opus est exemplo, tunc enim propter duriores pœnam videtur cum infamia dispensatum. Item et si est talis causa, quæ delictum non minuit, veluti quia propter dignitatem natalium punitur quis mitius, quam alter, tunc non minuetur infamia, l. *quædam*, D. *de penis*, Bart. in dict. §. *pœna gravior*; et hæc etiam vult Angelus in dict. §. *pœna gravior*, in vers. *quamvis*, col. 2.

(9) *En las leyes*. Vide infra ead. *Partit.* tit. 51.

LEY VII.—Que fuerza ha el enfamamiento.

Infamis en latin, tanto quiere dezir en romance, como ome enfamado; e tan grande fuerza ha el enfamamiento, que estos atales non pueden ganar de nuevo ninguna dignidad, nin honrra (1), de aquellas para que deuen ser escogidos omes de buena fama; e avn las que auian ganado ante, deuen las perder (2) luego que fueren prouados por tales. E demas dezimos, que ninguno de los enfamados non puede ser Judgador (3), nin Consejero (4) del Rey, nin de comun de algund Concejo.

jo, nin bozero (5); nin deue morar nin fazer vida en Corte de buen Señor (6). Pero bien puede ser persone-ro (7) de otro, o guardador de huerfanos, quando fuere otorgada la guarda en el testamento (8) de aquel que los dexa por herederos. E podrian otrosi ser Juezes de auenencia (9), e vsar de todos los otros officios (10), que fuesen a embargo (11) de los enfamados, e a pro del Rey, o del comun de algund Concejo.

LEY VII.—Infames ad honores, vel dignitates non admittuntur, et ante habitas perdunt, probata infamia. Item infamis non potest esse iudex, aut Regis, vel communis consiliarius, nec advocatus, nec debet in bonis domini curia morari; potest tamen esse procurator, vel tutor testamentarius, vel curator datus ab illo, qui cum reliquit hæredem, vel alia officia exercere, quæ sibi onus, Regi verò, vel communitati commoda afferunt. Hoc dicit.

(1) *Dignidad, nin honrra*. Adde l. unic. cum Glossa ibi, C. *de infamib.* lib. 10. et in regul. *infamibus, de regul. jur.* lib. 6. et l. 2. C. *de dignit.* lib. 12. cum glossa ibi: et procedet hoc tam in infamibus infamia juris, quam facti, ut hic, cum ista lex generaliter de quocumque infame loquatur: probatur etiam in dict. l. 2. C. *de dignit.* ubi et Joan. de Plat. Si tamen esset inopia legitimi competitoris, infamis infamia facti non repellitur, l. *generaliter*, §. *spurius*, D. *de Decurion.* Azo. in summa, C. *ex quibus caus. infam. irrog.* col. 1. in fin. non ergo infames etiam infamia facti possunt esse Decuriones; constat enim istos habere honorem et dignitatem, l. 2. §. penult. in fir. et l. *spurius*, in princ. D. *de Decurion.* et l. *eos*; D. eod. cum Glossa ibi. Poterit ergo infamis infamia facti habere alia officia, quæ non habent honorem et dignitatem; unde poterit esse notarius ad bancum, cum sit publicum et personale munus, l. *munerum*, §. *hi quoque*, in verbo *tabularum*, D. *de muner. et honor.* poterit etiam esse potestas alicujus castris, vel terræ subditæ alicui civitati, ut in dict. l. *munerum*, §. *judicandi*, habere etiam poterit officium in gabellis, ead. l. §. *calendaris*, quoque, et in §. *sed et curatores*, et sic de singulis, quæ possunt aptari ad ea, de quibus in illa lege fit mentio, quæ sunt munera publica: ita Paul. de Castr. consil. 467. incipit, *super hoc puncto interrogatus*, vol. 1. Et adverte, quòd infamia juris contracta ipso facto vel per sententiam, non solum impedit quem promoveri ad honores et dignitates, verum etiam dejicit jam promotum, ut statim subditur in ista lege, et probatur in l. *infamia*, C. *de Decurion.* lib. 10. Abb. in cap. *inter dilectos, de excess. Prælat.* quòd tamen non procedet in infamia facti, quia licet impediatur, non tamen removetur à dignitate jam obtenta, ut probatur in cap. *super his, de accusat.* notat Abb. in cap. *super eo, de elect.* ubi etiam Abbas ponit notabile verbum, quòd collatio beneficii, seu dignitatis, facta notoriè infami infamia etiam facti, non tenet, per dict. regni. *infamibus*; adducit etiam cap. *cum in cunctis*, §. *inferiora, de elect.* ubi habetur, quòd beneficia non sunt conferenda, nisi ei qui moribus et scientia commendabilis demonstratur; sed infamis infamia facti non est moribus commendabilis, quia infamia non oritur ex bonis moribus; ipse etiam qui cum sit infamis, patitur se eligi ad dignitatem, punitur, l. *qui cum uno*, §. 1. 2. et 5. D. *de re milit.* l. 2. C. *si servus, vel liber, ad decurion. ad spir.* ubi Joan. de Plat. intelligit, quando infamia vel inhabilitas est detecta et nota, aliàs non tenetur detegere suam infamiam et turpitudinem, l. *alias*, et ibi per Bart. D. *de iurejur.* et per Plateam in l. *neque infames*, C. *de Decurion.* lib. 10. vide latè per Felin. in cap. *sciscitalus, de rescript.*

(2) *Deuentos perder*. Adde dict. l. *infamia*, C. *de Decurion.* lib. 10. et quæ dixi in glossa præcedenti, et l. *quotiens*, ubi Glossa, C. *de dignit.* lib. 12. Sed an infamia repellat ipso jure à dignitate? Dic, quòd regulariter non, ut hic habetur, nisi in quibusdam casibus, et gravius delictis, quibus per Innoc. in cap. *inter dilectos*, in princ. *de excess. Prælat.* secundum Bart. consil. 174. in fin. et quærit Baldus in l. 2. D. *de Senator.* col. 1. vers. *sed hic queritur*, an comes condemnatus pro furto, vel falso in mille, perdat comitatum, quem habet à Rege? Et primò arguit, quòd sic, quia comites sunt spectabiles; sed omnis infamis perdit dignitatem; ergo perdit comitatum, quia est ei annexa dignitas, ad hoc *judices*, C. *de dignit.* lib. 12. in contrarium arguit, quia ex quo est taxata pœna; ergo non patitur aliam pœnam exteriorem, argumento l. *Imperator*, D. *de postul.* Item